1507

Morbio 24 (65)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

LUDOVICUS Dei gratia Francorum Rex ac Mediolani Dux &c · Universis et Singulis pntes Inſpecturis ſalutem · Nomine Abbatiſſe ac Monialium Monaſterij
ſancti Petri de Brugora plebis Aliate ultra Lambrum Ducatus nri Mediolani humiliter nobis ſupplicatum extitit quemadmodum ipſe habent nonnulla Priuilegia · Franchiſias
Immunitates · exemptiones · et Indulta per Anteceſſores nros Mediolani Duces eiſdem conceſſa quibus hactenus rite et recte uſe et gauiſe ſunt · utunturq; et gaudent de pnti · uerum quia
ipſe ſupptes dubitant in futurum in eiſdem turbari · moleſtari · et inquietari · aut eis uti non poſſe · niſi prius per nos confirmentur Q; humilime nobis ſupplicarunt · ut Priuilegia ipſa
Franchiſias Immunitates · exemptiones et Indulta iuxta illar formam et tenorem confirmare et approbare · et ſuper eis gratiam ac liberalitem nram, et lras oppertunas concedere dignaremur :
Nos autem ipſar Abbatiſſe et Monialium ſuppni tanq; iuri et honeſtati conſone benigne annuere uolentes · De nra potate Ducaliq; auctoritate ſupradicta Priuilegia Franchiſias · Immunitates
exemptiones · et Indulta rata et grata habentes ea laudamus · confirmamus · ratificamus et approbamus : Volumusq; et concedimus · ut ipſe ſupptes eiſdem Priuilegijs · Franchiſijs · Immunitatibus ·
exemptionibus · et Indultis iuxta illar formam et tenorem · et prout retroactis temporibus rite et recte eis uſe et gauiſe ſunt · utunturq; de pnti · utantur et gaudeant in futurum quiete
et pacifice omni contradictione penitus ceſſante · Mandantes propterea Benedilectis et Fidelibus Cancellario et Preſidenti ac Senatoribus Senatum nrum Mlnen tenentibus · necnon
Magiſtris Intratar nrar ordinariar et extraordinariarum · ac ceteris officialibus · et ſubditis nris quibus ſpectat et ſpectabit · quatenus has nras confirmationis et approbationis
lras obſeruent · et ab omnibus obſeruari faciant · Ipſasq; ſupptes dictis Priuilegijs, Franchiſijs · Immunitatibus · exemptionibus · et Indultis iuxta illar formam et tenorem · et prout ptis
temporibus rite et recte uſe et gauiſe ſunt utunturq; et gaudet de pnti · uti et gaudere poſthac faciant et permittant : Quoniam ſic nobis placet et fieri uolumus · que ut firma
perpetuis maneant temporibus · Sigillum nrum apponendum duximus · Saluo tamen in omnibus iure nro ac quolibet alieno · Dat Mediolani die primo menſis
ſeptembris anno Domini · Milleſimoquingenteſimo Septimo · et Regni nri Decimo ·

Per Regem Ducem &c
ad Relationem Conſilij
Julius

Viſa

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1877997943-16/fragment/page=0001

1507. f.° 1002

Privileg.° di Lodovico XII. Re di Francia, e
Duca di Milano f.

REGISTRATA

g Immunita

Morbeo 24 (65)

Cattaneus

1507
Confirmat.e del Privilegio della Immunità esenz.e Concessa al Com.e de Brugora f. 11
Duca di Mil.o – Bolla del Consiglio secreto
Re di Francia Lud.co al sovrano